Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6330
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



62 99 82

quod aspectu et auditu iustus erat habitans inter eos
qui cottidie animam iusti in iquis operibus cruciabant tamen
infirmi magis ea laudare possunt et mirari quam imitari
Sicut et illud quod sampson multos philostrorum prostrauit
cum mandibula asine et dauid goliam non in armis sed
funda et lapide deiecit Et ideo quanto talium maior est
virtus tanto minor est numerus secundum illud ecclesiastici 31 Quis
est hic et laudabimus eum fecit enim mirabilia in vita sua lo
quitur autem Eris ubi supra non de quolibet in seculo exeunte
sed de pastore vocato ut aaron Unde dicit notanter populis
traditus multorum ferre peccata compulsus etc Nam namque plerum
que magis temporalia considerant quam eterna Denique si hoc argu
mentum concluderet expediret quod clerici et laici frequen
tarent coreas Item quod clerici tenerent in curijs suis
mulieres pulcras Item quod voluptuose semper fercula
paraentur quia in illa pugna resistendo esset maior co
rona Et ita de multis alijs Et quamuis quilibet sapiens
magis eligeret esse tante virtutis ut etiam inter pericula
quecumque illesus posset persistere nullus tamen nisi insipiens ex
hoc ipse statim periculosiorem statui securiori prefert Senti
ens augus difficultatem bene persistendi in multitudine populi
seu conuersacione seculari rendum talibus argumentis de sin
gularitate clericorum dicens Nemo sibi proponat et dicat